

**Ecclesia in Mnysssek M<sup>o</sup>CCCLXXX<sup>o</sup>, die VIII<sup>a</sup> Maii, ante prandium<sup>a)</sup>.**

Ornamenta ecclesie: duo missalia satis bona et tertium antiquum, duo calices argent[e]i, IIII<sup>or</sup> ornatus cum duabus albis, palle VII, matutinale antiquum satis bonum, male ligatum. Ibidem mandavit dominus archidiaconus plebano, ut ipsum matutinale liget infra hinc et festum sancti Procopii [4. VII.] proxime venturum sub pena suspensionis ab ingressu ecclesie. Statuta provincialia habet.

Slawymir de Pyeczina, presbyter a tribus annis<sup>b)</sup>, Rome promotus, vicarius ibidem a festo sancti Galli [16. X.] anni [presentis?] interrogatus dicit, quod ipse libenter et sepe visitat<sup>c)</sup> tabernas ibidem, ubi melior cervisia solet esse et sedit<sup>d)</sup> in ordine cum laicis. Item dicit, quod sepius ludit in alea pro halensibus.

Ibidem mandavit dominus P[aulus] archidiaconus, ut infra octavas Penthecostes [20. V.] doceat de absolutione et de rectoria sub pena suspensionis ab ingressu ecclesie. Item die XVII mensis Maii Slawimirus predictus docuit de formatis et rectoria.

Dominus Mathias, plebanus ibidem a X annis, interrogatus per iuramentum dicit, quod Jacobus, sutor ibidem in Mnissek, habens legitimam uxorem, nomine<sup>e)</sup> Elam, cum qua in facie ecclesie, ut ipsemet fatetur, est copulatus<sup>e)</sup>, aliam sibi iunxit nomine Przibkam in Mnysssek ante VII annos<sup>f)</sup>, et voluit, quod ipse plebanus<sup>g)</sup> eandem dicto laico copularet, et citaverat ipsum coram officialibus Pragensibus ex eo<sup>h)</sup>, quod plebanus ipsum noluit copulare cum Przibka; et tunc<sup>i)</sup> officialis mandavit dicto laico, ut quereret uxorem priorem et ipsam, infra IIII<sup>or</sup> septimanas inveniret, ut com[m]aneat eidem, que tamen IIII<sup>or</sup> septimane nondum expiraverunt.

Item<sup>k)</sup> dicit, quod quadam vice dicta Ela<sup>h)</sup> mulier, uxor legitima dicti laici, venit ad domum plebani dicens, quod plebanus consuleret sibi ad ista, quod maritus suus predictus habet aliam uxorem. Et plebanus propter dictam mulierem noluit dictum laicum communicare in Quadragesima proxime preterita [8. II.—24. III.]; et sic fuit citatus Pragam per dictum laicum.

Item dicit, quod ipse visitat tabernas cum vicario suo et sedent ad ordinem.

Ibidem<sup>l)</sup> promisit ad manus domini archidiaconi et mei notarii, quod ipse amplius tabernas non visitabit ibidem in op[p]ido neque alibi sub pena duplata in statutis contenta pro qualibet visitatione taberne, cui se submisit.

Pessiko<sup>m)</sup> iudex, Stephannus dictus Scech, Przibilo, consules et Martinus Konczata et Jacobus dictus Bradaczek, parrochiani<sup>n)</sup> dicte ecclesie, interrogati dicunt de Jacobo sutore carbonista, ut supra per plebanum.

Ecc. in Mnysssek: a) *Tota inscriptio per script. B.* — b) *Praeced. tria verba suprascr.* — c) *Scr. visitavit.* — d) *Scr. sedent.* — e-e) *In marg. per script. B.* — f) *Praeced.*

qui  
sup  
man

Ecc

Don

tus dicit,  
commnu

Iter

cidendum

sue expe

disposuit

Orn

teus cum

cum nota

Jan

cunt<sup>l)</sup>

Ecc. in K

verb

reser

Ecc

Jesk

sartor, W

dicte ecc

nus Symo

unam co

nesciunt,

ritus Prag

Ecc. in Rze